



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

157. An dispensatio in literis Pœnitentiariis fieri debeat in Confessione sacramentalis? Et an Confessarius debeat esse approbatus sine limitatione? Et an ad valorem dispensationis sufficiat, si ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

proferre verba dispensationis, dicendo, Dispensatum est. Et an hoc dispensatio possit fieri a sacerdote, etiam si dispensans sit absens? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 118.

DE hoc casu olim interrogatus fui, & affirmatiue respondi, nullius tamen Doctoris auctoritate fretus, licet tunc aliqui contrariam sententiam docuissent; sed modò nostram sententiam docet Turrianus in select. disput. part. 2. dicitur. 31. dub. 64. vbi sic ait. An sit vera dispensatio si data facultate Confessario dispensandi circa certam materiam, & audita confessione penitentis Confessor absoluteionem sacramentalem dederit illi rectè dispositio, & penitens & Confessor non putauerunt esse necessarium expresse dicere, Dispensato te. Interrogatus sum primò, an sufficiat virtualis dispensatio, quæ hic videtur interuenisse. Secundo, an sit necessarium iterum expresse dispensare, & proferre verba dispensationis. Tertio an hæc dispensatio possit fieri a sacerdote etiam si dispensans sit absens. Circa primum mihi videtur sufficere virtualis illa dispensatio. Secundo, cum non sit sacramentalis absolutio, non video esse necessarium illam dispensationem repetere per verba expressa. Ad tertium respondeo absoluteionem sacramentalem non posse fieri absente penitente, iuxta decisionem Clem. VIII. sed hæc dispensatio non est absolutio sacramentalis, vt suppono, & ita fieri potest absente persona cui conceditur dispensatio, vt constat in aliis dispensationibus, quæ omnia non solum vt probabiliora, sed vt vera approbata sunt à viris doctissimis huius Curie Matritensis. Hæc Turrianus, quæ hic transcribere volui aduersus illos, qui, quando supra dictam sententiam ego consului, argere illum solent.

RESOL. CLVII.

An dispensatio in literis Penitentiaris fieri debeat in confessione sacramentali?
Et an Confessarius debeat esse approbatus sine limitatione?
Et an ad valorem dispensationis sufficiat, si confessio sit inualida?
Et an, opus sit, vt talis delegatus, sit Doctor iuris Canonici, vel Magister in Theologia in Academia approbata, & non Licentiatum, nec ceteri alij?
Et notatur, quod Regulares, quibus Superiores permiserint, habent privilegium expendendi has litteras, etiam si non sint doctores, vel Magistri.
Et alij casus circa supra dicta explanantur, & pro cæteris aliis clausulis prædictarum litterarum. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Resol. 71.

Frequenter in praxi occurrit iste casus, ideo circa præsentem quætionem in gratiam Confessarium magis practicabilia adnotabos, & quoad primum quæritum affirmatiue respondet Basil. Pontius de matrimon. tom. 1. lib. 8. disputat. 34. numer. 16. & ratio est, quia litteræ asserunt Confessarium debere esse approbatum ab Ordinario; sed talis Confessarius, de quo loquimur, est approbatus ab Ordinario, ergo, &c. non enim approbatio restringenda est ad approbationem absolutam. Sed ego profus negatiuam sententiam tenendam esse puto, si respectu petentis dispensationis approbatus non sit, & ita docet Riccius in decis. Cur. Arc. tom. 4. decis. 34. num. 2. Basilus Pontius Tom. III.

trouxisse in ordine ad auditionem confessionum, verba illius dubitare non sinunt, & requirendo in Confessario qualitatem approbationis, superuacane videtur posita qualitas Magisterij; si confessio non esse necessaria.

2. Verum negatiuam sententiam docuit Sanchez de matrimon. lib. 8. disputat. 34. numer. 29. Salas de legib. disput. 20. sect. 10. numer. 98. & Castus Palauus tom. 1. tractat. 3. disput. 6. punct. 15. §. 1. numer. 6. quia Pontifex non dicit dispensationem expediendam esse pro foro penitentia, sed pro foro conscientia; forum autem conscientia non est forum sacramentale, sed secretum & extraiudiciale. ergo, &c.

3. Sed licet hæc sententia negatiue olim esset satis probabilis, hodie tamen non potest sustineri, sed prima opinio affirmatiua est tenenda, per ea quæ adducit Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. numer. 355. vbi sic asserit. Notandum secundò an exigatur confessio sacramentalis, necne? olim erat probabile non requiri quia non addebatur clausula audita confessione; non aliter, neque alio modo, sed tantum in foro conscientia, quod distinguitur à foro penitentia, & medium est intra forum externum, & forum penitentia sacramentale, quòd scilicet fiat, non publicè adhibitis testibus & notoriè, sed secretè in foro animæ internæ, sed extra confessionem, vt potest quis absolui à censura ab Episcopo; & tunc sine confessione. Hodie autem ex clausula dicta confessio est omnino necessaria. Sic ille, & nouissimè etiam Ant. Fernandez & in instruct. confess. part. 1. docum. 4. §. 1. num. 6. vbi sic ait: Tercera clausula de los dos breues dice que le absuelva del voto, y que le imponga penitencia saludable. Sanchez dice que no es menester que sea en confession, pero Reginaldo tiene lo contrario, porque despues acò se añade en las letras que sea en confession, y assi se ha de hazer. Hæc ille.

4. Cum igitur hodie sit necessaria confessio, vt patet ex tenore litterarum, quæritur an ad valorem dispensationis sufficiat si confessio sit inualida? & de hoc casu olim ego interrogatus fui, & respondi quòd si confessio est inualida defectu doloris, vel integritatis circa alia peccata, non autem circa id, de quo petitur absolutio, vel circa rem, de qua petitur dispensatio, satis est dicta confessio, licet inualida; secus autem si non esset integra, vt dixi respectu eius cuius queritur dispensatio, & ita in facti contingentia liberaui quemdam penitentem & Confessarium ex magnis angustiis stante supra dicta distinctione & doctrina, quam docet Suarez tom. 4. disputat. 31. sect. 4. numer. 9. & Filiucius tom. 1. tractat. 10. part. 2. capit. 10. numer. 355.

5. Sed deueniendo ad secundum quæsitum, videlicet an dicta confessio sit facienda cum Sacerdote approbato absolute, vel sufficiat, si sit approbatus pro viris, verb. grat. & non pro mulieribus; pro personis huius oppidi, &c. affirmatiuam sententiam, nempe sufficere si sit aliquo modo approbatus, docet Sanchez de matrimon. tom. 1. lib. 8. disputat. 34. numer. 16. & ratio est, quia litteræ asserunt Confessarium debere esse approbatum ab Ordinario; sed talis Confessarius, de quo loquimur, est approbatus ab Ordinario, ergo, &c. non enim approbatio restringenda est ad approbationem absolutam. Sed ego profus negatiuam sententiam tenendam esse puto, si respectu petentis dispensationis approbatus non sit, & ita docet Riccius in decis. Cur. Arc. tom. 4. decis. 34. num. 2. Basilus Pontius A a 2 de

LIBRARIÆ
OMNIA
TO. III. IV. V
E. III

Sup. hoc in Ref. 159.
Sup. hoc supra in Ref. 254 §. Sed difficultas.

Sup. hoc principio antecedentis Resol.

Sup. difficultas in eadem. Ref. 159. ibi in m. Ref. 160. prope finem.

de matrimo. lib. 8. p. 21. §. 1. num. 13. Reginald. tom. 2. lib. 31. cap. 28. num. 214. & Castrus Palau tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 15. §. 1. num. 1. Gutierrez de matrimo. cap. 28. num. 19. & ratio est clara, quia, si- cut supra huiusmodi est hodie est pramittenda con- fessio ad has literas expediendas; ergo, qui illam ef- ficere non est capax, non erit capax huius delegatio- nis, quod est valde notandum à Confessariis, qui ex opinione Sanchez fecerunt in hoc labi possunt & San- chez scripsit antequam verba illa apponerentur in dictis literis. Limitat tamen nostram sententiam Fil- lippius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 352. ni- si Confessarius approbatus, verbi grati pro ma- ribus tantum, vel pro sceminis tantum, ef- fet simul Doctor, vel Magister, sed hæc limita- tio mihi non placet quia talis Doctor, seu Magi- ster non poterit excipere confessionem necessariam hodie pramittendam à petente dispensationem, er- go, &c.

Sup hoc ibi- dem §. 1. ad mediū, verb. Ex privilegio.

6. Notandum est tamen hic obiter adnotatum supradictæ materiæ quod Regulares, quibus Superiores permiserint, habent privilegium expediendi has literas, etiam si non sint Doctores, vel Magistri; si verò supradicti iudicent esse subreptitiam, aut in- validam dispensationem, possunt mutare postea sententiam, vel impetrans dispensationem potest alium adire qui sibi videatur dispensationem vali- dam esse iudicaturus: secus autem in foro externo, si iudex delegatus declaret dispensationem esse su- breptitiam Ratio est quia cum talis commissio facta sit pro foro conscientia, ea sequitur eiusdem fori naturam, quæ est vt poenitens non adstringatur ac- quiescere vnius Confessarij sententiæ, sed possit alium adire, illeque prior Confessarius possit re me- lius perpensa mutare suam sententiam. Ita Basil. Pontius de matrimo. lib. 8. cap. 21. §. 1. num. 14. Ric- cius part. 4. dees. 34. num. 2. Castrus Palau loco ci- tati. num. 2. & 3. Anton. Fernandez in instrum. Sa- cerdot. vbi supra numer. 2. Reginaldus num. 314. & alij.

Sup hoc ibi- dem in §. 1. ad fin. 6. & in §. vii.

17. Sed quia in dictis Poenitentiarum literis ali- que clausule apponuntur, breuiter dico circa primam, quod præter dicta, talis delegatus opus est vt sit Doctor iuris Canonici in aliqua Academia, vel Magister in Theologia, & non sufficit esse Licen- tiatum in decretis Theologiae, aut Doctorem iuris ciuilibus, neque huiusmodi facultatum Professore in Aca- demia approbata, neque Magistrum in Theologia secundum institutum Regularium. Circa secundam clausulam præter ea quæ dicta sunt, pramittere de- bet dispensans causæ cognitionem, alias nulla est dis- pensatio, & in hac cognitione potest credere dicto etiam non iurato parentis dispensationem non reci- piendo testes, si vult tamen expostulare iuramentum potest, & si constat causam esse notoriam, vel ipsi delegato cognita sit, nullum erit examen pramit- tendum; quod si cognoscat aliand causam esse fal- sam, non debet credere laico. Monita verò, vt la- tor dicat veritatem manifestando ei quantum inter- esse dispensatio frustretur, non sunt necessarij facien- da, ita vt illa omittendo dispensans peccet, & dis- pensatio sit nulla. Circa tertiam clausulam dico non esse in potestate dispensatoris illa opera omittere, quia apponuntur pro forma, potest tamen ea mode- rari prout sibi videbitur, debent tamen esse opera supererogationis, vnde confessio, quæ inter ea ope- ra numeratur, imponi quidem non potest frequen- tior, quam mensura, vt saltem aliquo die mens- sis constiteatur, potest tamen præscribi bimestris, sed cui non satisfaciat per aliam, ad quam ex vo- to, vel poenitentia teneatur, quicquid perpetam

Sup. hac se- cunda clau- sula magis late infra in Ref. 161.

Sup. hac ter- tia clausula late infra in Ref. 162.

asserat Salas. Circa quartam clausulam vt literæ di- lantentur, dico hoc non esse de substantia dispen- sationis, mens enim Pontificis est, ne literæ illæ in foro externo suffragentur. Cetera verò clausula non habent difficultatem, solum difficultas est in clausula, quæ apponitur, maxime in dispensationi- bus pro foro externo, ne sub poena excommunica- tionis lata sententiæ recipiat Ordinarius quod- cumque munus, &c vbi Fillucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. numer. 363. Sanchez & Salas lo- cuti, asserunt sub dictis verbis non prohiberi sti- pendium debitum laboris, ex consuetudine; verum nouissime Gausinus in enchirid. Episc. ver. mari- monij impedimenta, numer. 34. statuit dispensan- tem nihil profusus posse accipere, siue pro labori- bus in instruendo processu, siue pro decreto dis- pensationis matrimonialis, & ita restatur declaraf- se sacram Cardinalium Congregationem die 22. Aprilis 1619.

Sup. hoc in Ref. 163. & in illi- earum ps- marum

Sup. hoc in Ref. 164. & in illi- earum ps- marum

RESOL. CLVIII

An virtute literarum continentiæ facultatem dis- pensandi, dispensatio fieri debeat in Sacra- mento confessionis? Ex part. 8. tractat. 3. Re- fol. 105.

§. 1. Afirmatiuè respondet Leone in praxi po- nit. part. 1. fol. 28. vbi sic ait: Aduerte facultatem Confessoribus per Breuia, seu Bullas Ma- ioris poenitentiarj concessam, non esse liberam, vt possit Confessor ea simpliciter; & ad suum libitum, hoc est, in confessione sacramentali, vel extra illam vii: sed est ita limitata, vt non nisi in sacramentali confessione illam exercere valeat, & si secus faciat, nulliter, facit nam excedit fines mandati: qui fines diligenter sunt obseruandi etiam in nominibus, præsertim quando sumus in substantialibus. l. dili- genter §. vbi communiiter Doctores. ff. mandati. Quæ conclusio

Sup. hoc in Ref. 165.

1. Primò probatur, quando potestas alicui attri- buitur respectu certæ qualitatis, quicquid extra illam fiat, non valet. Ita Decius in l. factum à iudi- ce 132. ff. de reg. iur. numer. 1. Felin. in cap. cum or- dinem, de rescriptis. Sed potestas in Breuibus Ma- ioris Poenitentiarj concessa Confessoribus, est res- pectu sacramentalis confessionis, vt patet ex ipsis verbis Breuium: ergo quicquid agitur extra sacra- mentalem confessionem, nulliter à prædictis Con- fessoribus agitur: ergo Confessores non possunt dicta facultate vti extra sacramentalem confessio- nem.

2. Secundò probatur: sicut iudex non po- test exercere suam iurisdictionem extra suum terri- torium. l. fin. vbi Doctores. ff. de iurisdic. &c. ita neque Confessor delegatus potest exercere suam iurisdictionem delegatam extra sacramentalem con- fessionem, quæ est Confessoris præscriptum, & limi- tatum territorium: ergo debet prius ingredi suum territorium, hoc est; audire sacramentalem Orato- ris confessionem, & postea iurisdictionem sibi dele- gatam exercere.

3. Terriò probatur: Iudex officium suum excedens non agit vt iudex, sed vt priuatus, & ided illi impune non patitur. Ita glossa in l. non videtur 128. §. qui iussa ff. de regul. iur. Ita confessor excedens suum officium, hoc est, non audita sacramentali confessione, non agit vt confessor, sed tanquam vnus de populo, vt ex se patet. Nam confessor est Confessor

Sup. hoc in Ref. 166.